

suis mercibus, tam caricando quam discaricando, ei debeat emendare (9). Et si patronus duplum illud dare merchatori uel marinario recusaret (10), nos cum nostro consilio, infra quindecim dies postquam nobis datum fuerit in noticia (11), illud duplum auferre uel auferri (12) facere et dare merchatori uel marinario (13) teneamur. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de milliariis ducentis (14) et inde supra.

St. Tiep. Tarr. 30.

(9) in duplum emendare teneatur mercatori uel marinario de omnibus que e. p. s. m. t. c. q. discaricando — (10) illud d. emendare mercatori u. m. recusabit — (11) consilio p. nobis in n. d. f. i. dies XV — (12) tollere uel tolli — (13) mercatori uel marinarijs — (14) de nave et omni alio ligno de CC mill.

LI. *Qualiter merces in custodia patronorum debeant permanere* (1).

Dicimus quod postquam merces posite fuerint (2) secundum tenorem et ordinem nostri statuti in naue uel banzono (3) uel buzonaue uel alio ligno de milliariis ducentis (4) et inde supra, in || patronorum custodia de- A. 210⁺ beant permanere. Et sicut patronus per scriptum merces in custodia (5) receperit, ita eas per scriptum merchatori cum integritate restituere teneatur, excepto per uiolenciam (6), per ignem, per fortunam temporis, aut quod extra proicerent (7).

St. Tiep. A, 17. — Tarr. 30.

Var. in Q: (1) LXII. *Quod patroni habeant in custodia merces mercatorum uel marinariorum per scriptum.* — (2) in naue l f. p. — Q. 95 (3) i. n. u. b. *omesso.* — (4) buzonaue et alio ligno de CC miliariis — (5) in patroni custodia p. s. m. — (6) forcium — (7) proiecte fuissent.